



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Abbati Monasterii sancti Severini, ejusque fratribus tam præsentibus  
quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

*ABBATI MONASTERII  
sancti Severini, ejusque fratribus tam pre-  
sentibus quam futuris regularem vitam pro-  
fessi in perpetuum.*

*Epiſt. 31.  
De conſirma-  
tione privile-  
giorum.*

\* Vnde lib. 13.  
biij. Beati. cap.  
3. ubi charta  
fundationis re-  
fertur.

**P**iat postulatio voluntatis &c. usque in-  
dubitanter affumat. Eapropter, di-  
lecti in Domino filii, vestrī justis postula-  
tionibus clementer annuimus, & pr̄fatum  
monasterium sancti Severi à bonæ memo-  
riæ Vvillelmo Sancij quandam Vasconia  
Comite\* fundatum, & beato Petro ab eo-  
dem Comite perpetuo jure oblatum, ad  
exemplar felicis memorie Paschalis & A-  
lexandri Papæ prædecessorum nostrorum  
sub beati Petri & nostra protectione  
fuscipimus & prælensis scripti privilegio  
communimus. In primis siquidem statu-  
entes ut ordo monasticus, qui secundum  
Deum & beati Benedicti regulam in eo-  
dem monasterio &c. usque inviolabiliter  
observeretur. Præterea quacunque posse-  
fiones &c. usque illibata permaneant, in  
quibus hæc propriis &c. usque vocabulis.  
In episcopatu Adurenſi, sancti Petri, sancti  
Iohannis, sancti Germani, & sancti Io-  
hannis, sancti Laurentij, sanctæ Mariæ,  
sancti Eugenij, & sanctæ Mariæ, sancti  
Vincentij, sancti Martini, & sancti Vin-  
centij, & sancti Medardi, & aliam sancti  
Medardi Ecclesiæ. In episcopatu Aquen-  
fi, sancti Martini, sancti Petri, & sancti  
Martini, sancti Iohannis, sancti Leonis, &  
sancti Vincentij Ecclesiæ. In episcopatu  
Burdegalensi, sanctæ Mariæ, sanctæ Eu-  
lalii, & sanctæ Mariæ, & sancti Michaëli  
Ecclesiæ. In episcopatu Basatensi, Eccle-  
siæ sancti Laurentij. In episcopatu Agen-  
nenſi, sancti Felicis, sanctæ Fidis, sanctæ  
Quintillæ, sancti Christophori, sancti Pe-  
tri, & sancti Iohannis Ecclesiæ. Chrismæ  
verò, oleum sanctum &c. usque voluerit  
exhibere. Alioquin licet vobis quemcum-  
que &c. usque quod postulatur impendat.  
Missas sane publicas in eodem monasterio  
per Episcopum fieri vel stationes celebrari  
præter Abbatii ac fratrum voluntatem om-  
nimodis prohibemus, ne in servorum Dei  
recessibus popularibus occasio præbeatur  
ulla conventibus. Ad hæc adicimus ut ali-  
cui personæ magna vel parva facultas non  
sit milites vel pedites de villis eidem econo-  
mio pertinentibus in hostem vel expeditio-  
nem ducere, nec de silvis, pratis, landis,  
piscationibus, pinetis, & vineis censem  
querere vel arctum. In parochialibus ve-  
rò Ecclesiæ quas habetis &c. usque tempo-  
ralibus debeant respondere. Adicimus au-

tem ut nec Episcopo vel Episcoporum mi-  
nistris dicat consuetudines novas præ-  
Abbatis ac fratrum voluntatem vel exac-  
tiones quaslibet in eodem monasterio po-  
nere. Hoc quoque subjugimus, ut idem  
monasterium absque Romani Pontificis li-  
centia minime interdicto vel excommuni-  
cationi subdatur. Ad indicium autem hu-  
jus à Romana Ecclesia perceptæ libertatis  
quinque solidos Picavensis monetæ nobis  
nostrisque successoribus annis singulis per-  
solvetis. Obeunte verò te &c. usque secun-  
dum Dei timorem & beati Benedicti regu-  
lam providerint eligendum. Decernimus  
ergo ut nulli omnino hominum &c. usque  
omnimodis profutura. Salva sedis aposto-  
licæ auctoritate. Si qua igitur in futurum  
&c. usque districtæ ultioni subjaceat. Con-  
ditis autem eidem loco &c. usque premia  
eternæ pacis inveniant. Amen. Datum La-  
terani per manum Iohannis sanctæ Marci  
in Cosmidia Diaconi Cardinalis S. R. E.  
Cancellarij xii. Kal. Maij, Indictione xv.  
incarnationis dominice anno M C C X I I .  
pontificatus verò Domini Innocentij Pa-  
pæ III. anno quintodecimo.

#### SALIMBRIENSI EPISCOPO.

**C**VM Buccæ Leonis & de Blakerna  
Ecclesia ad Romanam Ecclesiam  
nullo pertineant mediante, fraternitatæ  
per apostolica scripta mandamus quatinus  
chrismæ, oleum sanctum, & alia ecclesi-  
stica sacramenta, cùm necesse fuerit, stu-  
deas ipsi liberaliter exhibere. Datum La-  
terani xviii. Kal. Maij, pontificatus nos-  
tri anno quintodecimo.

#### DECANO ET CAPITVLO sancti Macuti de Barro.

**C**VM à nobis petitur quod justum est  
& honestum &c. usque ad debitum  
perducatur effectum. Eapropter &c. usque  
inclinati, personas vestras & Ecclesiæ  
beati Macuti, in qua divino estis obsequio  
mancipati, cum his qua in præsentiarum  
rationabiliter possidet, aut in futurum ju-  
tis modis præstante Domino &c. usque no-  
stra protectione fuscipimus. Specialiter au-  
tem possessiones quas claræ memoriæ  
Henricus Comes Trecensis fundator ip-  
sius Ecclesiæ pia liberalitate concessit ei-  
dem, sicut eas justè ac pacificè possidetis,  
vobis & eidem Ecclesiæ per vos auctorita-  
te apostolica confirmamus &c. usque com-  
munimus. Libertates quoque ac immuni-  
tates, necnon rationabiles consuetudines  
in eadem Ecclesia hæc tenus observatas, fit